

Instructio ac plenipotencia à rege
Sigismundo primo commissariis in:
frascriptis data ad Torunium.

220

Commissarii nostri Torunium deputati
haec agent: audient causas dissensionis
communitatis cum consulatu, easque mo:
dis omnibus tollere et eradicare curent.
Si cui ex communitate consules noxi vi:
debantur, iustitiam decentem illi ministrent,
sicque res omnes constituent, ut et com:
munitas non gravetur à consulatu, et i:
pse consulatus in honestate et authori:
tate debita permaneat, nihilque in regi:
mine civitatis renovetur, nè communitas
que ex variis hominibus, et nobis fide
et iuramento non adstrictis, constat, im:
perium et regimen civitatis, supra consu:
los qui nobis iurati sunt, usurparet, quod
in nostrum et civitatis illius foret de:
trimentum. Alioquin quidquid praterea i:
psis commissariis utile et necessarium
factu aut dictu videbitur, ad ipsius civi:
tatis dissensionem tollendam, id totum ex:
quantur, quod eorum prudentia committimus.

Mathie de Drzewicz episcopo Vladislaviensi
Nicolao de Koscielce palatino Calissiensis.
Hieronymo de Lasko palatino Siradiensi.
Georgio de Konopat palatino Pomeraniae.

122

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.